Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



145

sui isaac; quid ē qd iurauit p timorem patris sui
isaac? p dm utique quem timebat isaac pater eius,
iurare intellegitur. quem timorē & iam superius
commendauit cūdicer& dr patris mei abrahae
& timor patris mei isaac. fuerunt que ei ouiam Cap. 32.
angli di, quos cum uidisset & ait. Castra dei sunt haec.
Nulla dubitatio est qd angelorum fuerat multitudo ea,
quippe in scripturis militia caeli nominari sol&;
Dixit que iacob ad dnm. eriueme de manu fratris
mei esau quia ualde eum timeo; Quaeri sol&
quomodo fidem habuerit iacob quando quidem
tantū timuit esau fratrem suum? Satis enim
in uerbis eiusdem iacob, quae sequuntur, & huma
na infirmitas & fides pietatis apparet, ut & dr
liberat & eum, & quae promisit impleret&.
Ammonendi tamen fuimus hoc exemplo, ut quā-
uis credamus in dm. faciamus tam, quę facienda
sunt ab hominibus in psidium salutis. ne per-
mittentes ea dm temptari uideamur. & tran
siuit uadum iaboc. Non enim legendum est
ut falso in quibusdam codicibus inuenitur &
transiuit uadum iacob. sed iaboc, qd ē pprium
nomen ipsius uadi. ita. Transductisq; omnib;

nō